



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Capitvlvm II. Si is.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](#)

sequendum, tunc uno dimisso alius conse-
qui poterit, ut bene hic distinguunt Domi-
nicos de Geminiana & Anchoranus.

CAPITVLVM II.

Si is.

PARAPHRASIS.

Titius illegitimi natus impetraverat à Papa dispensationem ad omnes ordines, & beneficium, etiam curatum consequendum. Postea aliam dispensationem obtinuit, ut liceat ipsi duo, aut plura beneficia curata habere, nulla facta mentione defectus natalium; hoc casu ait Pontifex Bonifac. VIII. posteriorem dispensationem subreptitiam, & nullius momenti esse: Quia verisimile non est, Pontificem eam concessurum fuisse, si natalium defectus expressus fuisse.

S V M M A R I V M.

1. Dispensatio super impedimentoo restrin-
gitur ad tenorem postulationis.
2. Dispensatio Papalis facta ex motu pro-
prio, seu ex certa scientia, non requirit,
ut totum impedimentum exprimatur
in literis.

Pro confirmatione huius responsi in pri-
mis repetendum est, quod dixi præced.
c. & notat hinc Anchoranus: Lieet legitimatus à Principe, alia iura ac priuilegia conse-
qui possit, tametsi defectum natalium subf-
ceat; cùm is per legitimationem sublatus sit:
secus tamen est in dispensato ad certum ef-
fectum, v. g. vnum beneficium curatum ac-
cipiendum: Is enim nihilominus illegitimus
manet; consequenter in impretratione nouæ
gratiæ, quæ illegitimis non facile concedi
folet, debet defectum natalium iterum ex-
plicare. Deinde aduertendum est ex Lappo
c. 1. n. 6. hoc tit. & lib. Si Papa ad alicuius
petitione dispenset super impedimentoo, tum
dispensatio restringitur ad ea, quæ à postu-
lante proposita sunt; consequenter si totum
impedimentum non est expressum, dispen-
satio non valet; cùm personam non omnino
habilem faciat. Sicuti apparet in casu huius
c. Siquidem Titius ad obtainendum alterum
curatum habet duo impedimenta; videl.
quod unum iam habeat & removere velit; &
quod natalium defectu laboret: quare v-
trunque in petitione explicare debet.

Sin autem Papa motu proprio, seu ex cer-
ta scientia dispenseat, tunc non requiritur, ut
totum impedimentum in literis exprima-
tur; cùm sufficiat clausula generalis, non ob-
stantibus, per quam omnia impedimenta
sublata censemur, quæ Apostolica potestate
auferri possunt, ac solent.

TITVLVS XVIII.

DE SERVIS NON ORDINANDIS, ET EORVM MANVMISSIONE.

Vmma eorum, quæ hoc tit. do-
centur, in his consistit. Servi,
seu mancipia ordinari non de-
bent, nisi à dominis suis manu-
missi, seu libertate donati sunt,
c. 1. & c. 5. consuluit, hoc tit. Quare si quis

domino ignorantie in minoribus ordinatus
fuit, potuit eum sibi vendicare seu repetere,
c. 2. eod. Sin autem in sacris domino inuito
ordinatus esset, quid agendum fuerit, dixi
lib. 1. Th. mor. tr. 5. p. 5. c. 8. n. 1. & de hac re
mentio fit in c. penult. hoc tit. Interdum ve-
rò